

# Gospel for the Dedication of a Church

Tonus ad líbitum

**D**ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequéti-a Sancti

Evangé-li-i secúndum Lucam. R̄. Glóri-a tibi Dómine.

**I**n illo témpore: Ingréssus Jesus perambulábat Jé-richo. Et ecce vir

nómine Zacháe-us: et hic princeps erat publicanórum, et ipse dives: et

quærébat vidére Jesum, quis esset: et non póterat præ turba, qui-a

statúra pusíllus e-rat. Et præcúrens ascéndit in árborem sycómorum, ut


vidéret e-um; qui-a inde erat transitú-rus. Et cum venísset ad locum,

suspí-ci-ens Jesus vidit illum, et dixit ad e-um: Zacháe-e, festínans descén-


de; qui-a hódie in domo tu-a opórtet me mané-re. Et festínans descén-




dit, et excépit illum gaudens. Et cum vidérent omnes, murmurábant




dicéntes, quod ad hóminem peccatórem divertísset. Stans autem Za-




chá-us, dixit ad Dóminum: Ecce, dimídi-um bonórum me-órum, Dómine,




do paupéribus: et si quid á-liquem defraudávi, reddo quádruplum. A-it



Jesus ad e-um: Qui-a hódie salus dómu-i hu-ic facta est: e-o quod et



ipse fí-li-us sit Abrahæ. Venit enim fí-li-us hóminis quærere, et salvum



fácere, quod perí-erat.